Ven 12/077

Az 1790ik esztendőben Budán tartott Ország Gyűlésünk alkalmatosságával írásba bényujtott s köz tanátskozás alá vett dolgok és munkák, mellyek azon ország gyűlésének napankint való jegyzésiben találtatnak.

Bétsben 1791.

p. 499. A pozsonyi 1790. decz. 2-án tartott diaetából kifolyólag Leopoldus Palatinus és (cardinalis primas) Josephus a Batthyáni Nádorral küldött felterjesztés végén a zsidókról: „Ut de Judaeis provideatur, ipsi frequentes, qui evenerunt, Casus deposcunt. Ex Augustissimi olim Domini dispositione Jure Locationis in omnibus Civitatibus commorari, et quaestum exercere poterant, nunc a multis prohibentur. Ideo Communitas Judaeorum in Regno Hungariae Partibusque adnexis degentium complura Gravamina et postulata adduxit, supplicatque, ut secure et tranquille vivere possit, vivendique media quemadmodum aliis Regni Inhabitatoribus, ipsis quoque suppeditentur, atque adeo cuncta ea Impedimenta, quibus vel subsistentia eorum restricta, vel securitas adempta, vel solitum Legi Mosaicae convenientis Religionis Exercitium impeditum fuit, de medio tollantur. Cum tamen parte ab una Objectum hoc majoris sit Indaginis, et ex subversante etiam Privilegiorum, quibus nonnullae Liberae ac Regiae Civitates donatae sunt, discussione uberiorem et ampliorem in ordinanda eatenus Regnicolari Deputatione suscipiendam pertractationem et concertationem exigat; parte vero ex alia justum omnino sit, ut interea etiam, donec videlicet eadem deputatio consessura, opusque suum affuturis Comitiis relatura est, recurrenti Judaicae Communitati modo duntaxat interimali ad evitandas quasvis pressuras et felicitandum Commercium opportunis viis prospiciatur; ideo SS. et OO. aequitati et recto Ordini congruum esse censent, ut usque ulteriores Sacrae Majestati Regiae ad Statuum et

et Ordinum Regni dispositiones, Judaei intra ambitum Regni Hungariae et Partiumque adnexarum degentes in cunctis liberis ac Regiis civitatibus et locis (non intellectis Regiis Montanis Civitatibus) in Statu illo in quo cum 1mo Januarii a. c. 1790 praestiterunt, conserventur, et si nefors exturbati fuissent, ad eundem reponantur, ac de hoc publica etiam Lege securi reddantur.

~~p. 721~~

Opus excelsae deputationis Regnicolaris in Publico-Politicis quoad objecta Articulo 67. Anni 1791 regnicolariter sibi delata elaboratum. Posonii 1826.

p. 27. – Sessio IV. In publico-politicis die 12. Novembris 1792. sub praesidio Suae Celsitudinis Regiae domini Regni Palatini, praesentibus omnibus deputatis celebrata.

Előadatik Gróf Haller József elaboratuma de futura Judaeorum in Regno stabilienda conditione.

Ezen kérdésben duo haec principia fuerunt assumta: 1) Judaei magno jam numero a multis retro saeculis ad Hungariam admissi nemcsak oltalmat érdemelnek a törvénytől, de rendes megélhetésökhez is elő kell őket segíteni, nehogy csalni legyenek kényszerítve; 2) Minthogy leginkább quaestui et manufacturis dediti sunt, eos pedig multum utiles esse posse, si impedimenta et restrictiones, quae commercio illorum obstant, tollantur.